

lia, animalia, & mineralia, & quod in tribus istis res omneis comprehensæ sient : Omneis namque herbæ, omnia ligna, & arbores vegetabiles nuncupantur : dein omnia viua animalia, aut quicquid sub carne & sanguine comprehensum est, animale : tamdem etiam omnia metallæ, & lapides, aliæque res, quæ nullam de se flammam edunt, minerales sunt, atque sub natura minerali comprehenduntur.

Vides itaque, frater mi, quod res omneis in diuersa tria nomina diuisa, sub iisdemque complexa sient. Etiamsi vero in tria peculiaria nomina distributa sunt, nihilominus tamen omnia vnum dumtaxat habent principium, à quo animantur, vel nascentur : Per diuersam siquidem coctionem prima ista materia tres in vias transmutatur, & juxta coctionis qualitatem, vnica ista atque vulgaris substantia diuersas naturas largitur. Quocirca iterum, quemadmodum & antea, tibi fideliter consulo, ut nimirum omneis sophisticas Chemicorum sublimationes, solutiones, coagulationes, & putrefactiones, una ridiculis fabulis anilibus, quibus etiamnum hodie operam dant, deserant, & solummodo simplici naturalique coctioni rectorum verarumque substantiarum adhæreas, id quod, certo hoctibi affirmo, ad veram naturarum substantiam ducet, atq, comitabitur. Natura enim per nullam rem viamque aliam aut exaltatur vel corrigitur, nisi solummodo per naturalem essentiarum coctionem. Est
namque, frater mi, essentia res recipua, cuius gratia
sponsa chorcas dicit. Nihilominus tamen sophistici Chими tam tam rudes, rerumque imperiti sunt, ut illud stolido suo sensu comprehendere nequeant, sed de die in

Ii 2 diem

63. 223.